Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26281
Copyright: Admont, Benediktinerstift



subhumili

regula odiosa intentione infringere & ~~sublimi~~ quod
peius est habitu & tonsura tam superbe sapere. ut cum nec
unum quod verbulum de suis imperis subditos pretergredi patiantur.
ipsi proprios contempnant obedire episcopis. Spoliant ecclesias
ut emancipentur. redimunt se ne obediant. Hec ita x.
Ille siquidem dedit vitam ne perderet obedientiam. quasi ut care
ant totum fere suum sociorumque victum expendunt. Quid est
o monachi. Nempe monachum facit professio. prelatum ne
cessitas. Ut autem non preiudicet necessitas professioni.
accedat non succedat necessitas monachatui. Alio
quin quomodo illud implebitur. principem te constituerit esto inter
illos tamquam unus ex illis. Quod si semper vis habere obedien
tes. & numquam esse. probas te non esse tamquam unum ex illis. dum unus
esse renuis ex obedientibus. Aliquibus dum te superbiendo
segregas. reputari profecto inter illos te noveris de quibus
scriptum est. Alligant onera gravia & importabilia. digito
autem suo nolunt ea movere. Quorum ergo tibi indignius consor
tium iudicas. dilicatorum magistrorum quos veritas increpat.
an obedientium monachorum quos amicos suos commemorat. Ait siquidem. Vos amici mei si feceritis quecumque p. vobis.
Deinde ut taceam illud de regula. vasco Benedicto tibi
precipitur ut quedoces discipulis contraria. in tuis factis in
dices non agenda. in regula veritatis attende quod legitur.
Qui solvit unum inquit de his minimis meis manda